GODEFRIDUS BABION

12. Jh.

Seite 10r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26227
Copyright: Admont, Benediktinerstift



puer iste pauper et sapiens et utique melior rege sene et stulto quem scit
prudentem in posterum. Quis est iste rex senex et stultus? Iste utique intelligitur
qui mitto sue potestatis princeps mundi appellatur. deque puer sapiens autem
Veni princeps mundi et in me non habet quicquam. et iterum iudicium est mundi. Hunc
princeps mundi eiciet foras. Princeps autem mundi dicitur non qui caturus
mundi aut dominus et auctor extiterit. sed qui princeps atque dux est munda
na amantium. Iste quoque rex senex et stultus est rex qui conditus in regno i.
in empyrio celo. s. igneo. quod non habet asplendore non calore qui auoli
bilitate mundi secum mox fuit catum. scis angelis est repletum. Inter
quos lucifer erat et eminebat. Vnde dominus ait. Vbi erat cum me lauda
rent astra matutina et iubilarent omnes filii dei. Astra matutina an
gelos uocat. in principio mundane conditionis [illegible] catos. Merito quoque
et rex dicitur. et senex. Rex quia ut ait ezechiel [illegible] plenus scientia et perfecti
one decoris in deliciis paradysi dei fuit. et sicut [illegible] naculum simili
tudinis ei. Senex qui testante iob ipse principium uiarum dei. qui inter
prima dei opera conditus. Stultus. quia non prudent sibi in posterum Conditus
est in eminentia et subtilitate naturae. scilicet altitudine intantum intu
mui ut altissimo equari posse presumpserit. Dixit enim in corde suo
ut ait ysaias. in celum conscendam. i. adequitatem dei. super astra celi
exaltabo solium. i. super alios angelos. et similis ero altissimo. Sed quanto
magis presumpsit. tanto grauius corruit. Vnde ysaias. Quomodo cecidisti
de celo lucifer qui mane oriebaris corruisti in terram. et item. adinfer
na deberis in profundum laci Vertas in euglio ait. uidebam sa
tanan tanquam fulgur de celo cadentem. Stultus quoque rex ille licet senex.
in posterum sed non prudens. suis non contentus aliena usurpare fuit ausus.
Vnde suis est spoliatus. quia alius angelis splendidior conditus. et ob hoc lucifer
appellatur. suo uicio cadens. factus est expus. de empyrio in caligine
hi aeris precipitatus ad illudendum ei. Puer uero pauper et sapiens. de car
cere catenisque egressus est ad regnum. cum ille natus in regno inopia
assumatur. Quare pueri pauperis sapiam. et regis senis stulticiam.
Ille enim natus in regno inopia consumitur. Ambulat enim per loca